

Matthias Nikolaus Kortholt

**Responsoriae Ad Virvm Amplissimvm Sebastianum Kortholtum, Prof. Philosoph. Mor. & Poes. In Illvstri Academia Kiloniensi Ordinarivm, Fratrem Exoptatissimvm, Matronam Optimam Annam Kortholtam Natam Kirchofiam, Matrem Desideratissimam Kl. Febr. Solemni Fvnere Efferentem, Inter Atrocissimos Dolores Scriptae A Filio Maternorvm Meritorvm Aeternvm Memori; Matthia Nicolao Kortholto, P.P. Et H.T. Acad. Gissenae Rectore**


Kiloni[j]: Litteris Bartholdi Revtheri, Anno MDCCXIII.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1733567275>

Druck Freier  Zugang







II.  
40  
00



enth. 32 Stücke

J 2 II

1899 / 500

-40



RESPONSORIAE  
AD VIRVM AMPLISSIMVM

SEBASTIANUM KORTHOLTUM,

PROF. PHILOSOPH. MOR. & POES.

IN ILLVSTRI ACADEMIA KILONIENSI ORDINARIVM,

FRATREM EXOPTATISSIMVM,

MATRONAM OPTIMAM

ANNAM KORTHOLTAM

NATAM KIRCHOFIAM,

MATREM DESIDERATISSIMAM

KL. FEBR. SOLEMNI FVNERE EFFERENTEM,

INTER ATROCISSIMOS DOLORES SCRIPTAE

A FILIO MATERNORVM MERITORVM AETERNVM MEMORI;

MATTHIA NICOLAO  
KORTHOLTO,

P.P. ET H.T. ACAD. GISSENAE RECTORE.

---

K I L O N I,

LITTERIS BARTHOLDI REVTHERI, ACADEM. TYPOGR

ANNO MDCCXIII.



**D**um nuntius de obitu carissimae Matris ex improviso mihi affertur; suscipio magnum & incredibilem animi dolorem, circulos sic meos turbantem, ut summus prope intercludat vocem cruciatus, et de oratione mea numeris illiganda sollicitus esse nequeam, qui maternis meritis omnem curam meam minorem esse intelligo. Interim mentem meam saepe domum reuocat exanimata Parens, qua fingere innocentiorum, & in educanda exquisitissimo studio Prole meliorem nullis potuimus votis. Quocirca singularis de eius virtutibus existimationis significationem dabunt omnes boni, & ipsa virtus immortalitatis memoria maternas dotes prosequetur. Ante oculos quoque mihi, licet absenti, stant sorores absentes, exanimatae fere luctu, & Teminor aetate frater moerore pariter confectus. In primis autem Tu, carissime Frater, dolorem meum amplificas, quippe cuius vulnus refrigatura sunt haec funera, quae non sine acerbissimo animi sensu coram aspectas. Ex quo Patria relicta in hac Alma Ludouiciana diuino auspicio & iussu Serenissimi Landgrauii, Principis ac Domini mei clementissimi, publice profiteor; non modo Maxime Reuerendum Affinem, GEORGIVM PASCHIVM, Professore Theologiae & Philosophiae meritissimum,  
ve-



verum etiam dulcia coniugii pignora CHRISTI-  
ANVM ac filiulam ANNAM (ordine naturae inuer-  
so & Matrem suā & Auiam funere praecedentes) & ipsam denique dulcissimam coniugem  
ANNAM, natam LOBEDANTZIAM, decentibus Fe-  
minam corporis animique ornamentis praedi-  
tam, & amplexibus Tuis in optimo aetatis flo-  
re ante biennium ereptam, patrio monumen-  
to, quod Bordsholmi est, spatio temporis per-  
exiguo intulisti. Nunc etiam tertiam ANNAM  
KORTHOLTAM, cuius obitum vera somnia Ti-  
bi praemonstrarunt, effers funere nobis quam  
diutissime lugendo. Ilex, robusta arbor, li-  
cet robore non solum omnes arboreti alicu-  
ius, sed siluarum arbores exsuperet, repetitis  
tamen ictibus cadit. Et Tu, suauissime Frater,  
mari fluctibus exasperato, inter tot Procellas  
& turbines, inter fulmina & tonitrua, veluti  
Marpesia cautes stabis incolumis, & animo  
prorsus inuicto? quid? quod domestica ma-  
la publicis sic augmentur & cumulantur, vt in  
Te montes mali videantur irruere, nec, quo  
confugere possis, inuenias portum. At vero  
in memoriam nobis reuocemus, & crebro  
ante oculos nostros ponamus Epistolam illam  
ad *Thessal.* (*I Thessal. IV. 13--17.*) Tuis oculis an-  
te biennium commodum usurpatam, quum  
plane inscius esses, supremum imminere  
tempus, & propius abesse mortem ea ipsa ho-  
ra,



ra, quae Coniugi, quam ante Te dilexisti, fuit emortualis. Indicasti mihi tum temporis Tibi Museum Tuum repetenti, & Codicem sacrum, defuncta recens coniuge, recognoscenti, solatiumque Deum roganti eundem locum, quod aperta etiam nunc essent Biblia paullo ante Tibi lecta, iterum obuium & supremi Numinis benignitate maximo solatio fuisse. *Neque enim* (utor verbis magni Grotii in Epistola ad Beniam. Aub. Maurerium inter epistolas ad Gallos XXVI. vbi singula Pauli verba verborumque vim conatur excutere) *ullum remedium luctui melius dari posse certus sum, quam quod ille magnus animorum medicator inter immensos salutaris sapientiae thesauros ab ipso caelo detulit.* Ad haec sacra oracula mecum confuge, quum Epicuri hortus nullum nobis solatium, Aristotelis Lyceum nullum praesidium, Stoicorum porticus nullam sufficiat leuationem cum hac solida & diuina ullo modo comparandam. Vale & serenioribus in posterum diebus fortunatioribusque frueri fatis, & post tot mala priuata atque communia supremum Numen Te, mellitissime Frater, Patriamque nostram bonis cumulet inuidendis. Dabam Gissae Hassorum anno MDCCXIII. Kl. Martii.





33

LBMV Schwerin

000 314 889




Landesbibliothek  
Mecklenburg-Vorpommern  
Günther Uecker

[http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1733567275/phys\\_0007](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1733567275/phys_0007)










NEQVE T  
 AB INGEN  
 AVT AB ART  
 QVIN POTIVS A  
 ET A DOLOR  
 EXIGVVM HOC MAGNI AM  
 MAESTI  
**SEBASTIAN V**  
 PHIL. MOR.  
 CVI ACER  
 OMNI AQ  
 ET IC  
 PLANE I  
 EX QVO IDEM CVM  
 NON SOLVM ANNAM C  
 SED ETIAM FLENSB  
 ANNAM GVDIAM, MA  
 KILONII ET IPSAM MATR  
 ROSFOCHII  
 LINDEMANNAE SORORIS SV  
 IDEOQVE TRIBVS AN  
 QVATVOR  
 FVNERAQVE FV  
 ET LACRIMIS SVIS ET  
 ABI  
 ET HOC NIMIAE FRAGILIT  
 VITAM NOSTRAI  
 ET E MOMENTO PE  
 DISCE, VEL SECVNDIS  
 QVVM CERTA MORTIS  
 PROINDE TOTA VITA  
 VT IN  
 NON TAM VI  
 QVAM MO  
 CO



SSENIA  
 NDIAM,  
 IS INSIGNE;  
 DESIDERIVM,  
 T FLETVS.  
 DOLORIS MONVMENTVM  
 OSVIT  
**RTHOLTVS,**  
 EOS PROF.  
 DLORES  
 TALIA,  
 ICO  
 KERE,  
 TVM EXPERTVS,  
 I SIBI VITA CARIOREM,  
 AM DEFVNCTAE,  
 CO SIBI DILECTAM,  
 M OPTIMAM ANNAM,  
 ANNAM,  
 M VNICAM ET NVBILEM,  
 DVM CIRCVMACTIS,  
 AMISIT,  
 CVMVLATA  
 PROSEQVTVS EST.  
 MANAE EXEMPLO DISCE,  
 VISSIMO FILO,  
 AETERNITATEM.  
 ORTVNAM VERERI,  
 HIL SIT INCERTIVS.  
 ITATIO SIT MORTIS,  
 RE  
 M MORTE,  
 VM VITA